

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA,<sup>36.</sup>

DE  
**TORTURA**  
**DOMESTICA**

SIVE

ABUSU CURÆ SUBLUXATIONIS  
VERTEBRARUM PLEBEJÆ,  
Vom Missbrauch der Beethungs-Cur, durchs Siehn;

*Quam*  
AUSPICE DEO PROPITIO,  
Et Consensu atque Auctoritate Gratiosæ Facultatis Medicæ,  
IN ALMA REGIA FRIDERICIANA,

P R A E S I D E

**DN. D. MICHAELE ALBERTI,**

SACR. MAJ. REG. BORUSS. AULICO ET CONSIST. MAGDEB.  
CONSILIARIO, MED. ET PHILOS. NATUR. PROFESSORE

PUBLICO ORDINARIO, *etc.*

DECANO H. T. SPECTATISSIMO,

Domino Patrono, Praeceptore, ac Promotore suo, omni honoris cultu prosequendo,  
**PRO GRADU DOCTORIS**

SUMMISQUE IN MÉDICINA HONORIBUS ET PRIVILE.  
GIIS DOCTORALIBUS LEGITIME IMPETRANDIS,

HORIS LOCOQUE CONVENTIS,

ANNO MDCCXXXV. D. OCTOBR.

PUBLICÆ AC PLACIDÆ ERUDITORUM VENTILATIONI SUBJICET  
RESPONDENS

**JOHANN CONSTANTIN LENTZ,**

MAGDEBURGICUS.

---

HALÆ MAGDEBURGICAE,  
TYPIS JOH. CHRISTIANI HENDELII, ACAD. TYPOGR.

W. 8. 2. - 6

DISSERTATIO INauguralis M.DC.XVII.

# A R T U R D O M S T I C A

A B D U C T I O N E  
S U B I X A T I O N I S  
A B D U C T I O N E  
P R E P A R A T I O N E

D N . M I C H A E L A B E R T I

S U M M A T I O N E  
T R A T I O N E

S U M M A T I O N E  
T R A T I O N E

S U M M A T I O N E  
T R A T I O N E

S U M M A T I O N E  
T R A T I O N E

S U M M A T I O N E  
T R A T I O N E

S U M M A T I O N E  
T R A T I O N E

S U M M A T I O N E  
T R A T I O N E

S U M M A T I O N E  
T R A T I O N E

S U M M A T I O N E  
T R A T I O N E

S U M M A T I O N E  
T R A T I O N E



## PROOEMIUM.



On pauci sunt, qui genuinam artem medicam tortura cruciant, ac salutares illius respectus temerariis ausibus ac plebejis promissionibus contaminant: ideo satis saepe medicina, quæ faci plebis usitata est, non modo fæculenta est, & in choro vulgi multa donna, quæ adeo attente & sollicite nec advertuntur, nec urgentur, causatur, sed & virulenti fermenti instar præstantioris sortis homines inficit, iisque sub iniqua fiducia, credulitate & superstitione præmatram mortem accersit & accelerat: nec quidem ad seriem & familiam talium fraudulentorum persuorum & consultantium cum SACH. IO in A. N. C. Dec. I. An. II. p. 48. referendi sunt, olidi myropole, circumpurpuriati agyrta, fraudulenti dentifrangibili, scatophagi empirici, pediculosi unguentarii, umbrarici medicastrri, in-

fames magi, crūmeni mulgi p̄aſtigatores, prodigiſi uro-  
 mantes, exēſticatores Lithotomi, grandifrep̄i, ſacrificu-  
 li, furnarii ciniſtones & qui ſunt alii vaniloquidoci & nugi  
 polyloquides: huic turmæ ac turbæ pernicioſorum  
 graſſatorum, vitam & sanitatem ſub ſpe & ſpecie me-  
 dici artificii & auxilii deſtruuentium, merito annu-  
 merandi ſunt illi, qui magis torquentes, quam me-  
 dentes officia ſua pernicioſo ſuccesſu exequuntur:  
 etenim hæc experimenta non modo fallacia, ſed &  
 noxia eixiſtunt, ut propreſea peritis & conſcientioſis  
 medicis curæ cordique eſſe debeat, ejusmodi nugati-  
 tores, deceptores & tortores e choro & foro honeſto-  
 rum Medicorum expellere, in ſuperque sanitati pro-  
 ximi meliori: fide & ſinceritate proſpicere: tanta e-  
 nim eſt imperitorum hominum temeritas, ut illotis  
 manibus omnibus officiis & artificiis medicis ſe im-  
 misceant, ut hoc loco veriſſimum ſit dipterium:  
 nulla quidem uestri iam regula firma Galeno, quam non in-  
 terdum curva reſectat anus: nec tamen veritati adver-  
 ſatur, quod HIPPOCRATE Lib. Prænot. f. 4. eloſetus  
 eſt: neque pīgeat ex plebejis ſcīſtari: ſi quid ad curandi  
 opporſunitatem conſerre videatur: hæc tamen concilia-  
 tio prudentem & judicioſum medicum requirit, ne  
 frivolis & temerariis experimentis atque auſib⁹ ſi-  
 dem tribuamus, neve propterea in sanitatem graſſe-  
 mur & experimenta per mortes faciamus, ſiquidem  
 tanta ſæpē hominum mentes corripit credulitas, ut  
 conſiliis & experimentis vulgaribus, velut in fallibi-  
 liter ſalutaribus domesticis mediis, & minus pretio-  
 ſis, & naturæ magis acceptis plus confidentiæ largi-  
 antur,

antur, quam alii securis & artificiosis auxiliis: hinc quælibet ferme loquax & sciola vetula sarcinam artificis plenam gestat, insuperque medicorum consilia & auxilia mirifice censere & corrigere non vereatur: In hoc experimentorum censu præferuntur sæpe nova, in sensus insigniter incidentia & apparatus suo credulorum hominum animum irretientia, quæ deinde quasi in consuetudinem trahuntur, ut in certis casibus quasi universale æstimentur remedium, absque habito respectu sive proficiat, sive officiat: Quamvis autem plebejis talibus experimentis, minus vero sinceris, medica ars contaminata appareat, nihil vero inde in meliorem statum redacta est, sed versatur *Faſtus sub aſtu*; & plus inde damni, quam commodi expectandum erit: gloriam affectant tales curationes sub ingenuo ceteroquin titulo Curæ domesticæ: ast ejusmodi experimenta magistrum artis & que ita fallacem ac famelicum reddunt, i. e. omni existimatione destiruunt, ac illum cuius meminit SCHUPPIUS in *Negenten-Spiegel cap. 7.* hisce verbis: Dort kam ein solch Thier, (Magister artium) zu einen Schuster und bettelte um einen Zehr-Pfennig: Der Schuster fragte wer er dann sei? ein Magister war die Antwort, ein Meister sieben freyer Künste: Eh du Bärenhäuter, rief der Schuster, kanſt du sieben Künste, und gehſt vor den Thüren herum: ich habe nur eine gelernet und muß mich, meine Frau und Kinder davon ernehren und habe doch noch etwas übrig: De talibus empiricis & fugitivis curis valet illud Lemma: aut fuge aut Luge: ex duris aliquando ad gloriam adspirare licet; & dolores non

raro immiscent sese mediis salutis; ita Attila flagellum Dei vocatur: Moribus vero interdum ac consuetudinibus in hac medendi ratione aliquid tribendum est: hinc *Cæl. RHODIGINUS Le&f. Antiqu. Lib. XI. c. 15.* de quodam, qui quo *magis flagellis percussus erat, eo majorem voluptatem sensit,* judicat, p. 581. It. E. consuetudine prævalente depravata, utebatur *vicio & improbabat: irroborabat vero ea radicesque egerat altius,* quod ita foret assuetus flagellis: Mundus sane regitur opinionibus! ob id ex consuetudine creduli homines tormentis medicis patienter se submittunt, sub persuasione quasi hic mos sit adversam tractandi valetudinem, man müsse Böses mit Bösen vertreiben, sive jam experimenta talia crudelia juvent, sive minus: vid. D. PRAESIDIS *præf. de Tortura Medica, tractationi de optis & ineptis Torturæ Subjectis præmissa:* Ut ut etiam aliquando juxta PLAUTUM verum est, quod *interdum populus rectum videat, est ubi peccat:* tamen veritati etiam respondeat dictum PRAEVOTII in *Medicina Pauperum interdum medici populi errores corrigerere debent:* Plurima certe plebis arcana fallacia & perniciosa sunt, attamen hoc veneno non raro homines eminentioris fortis inficiuntur, imo interficiuntur, ita ut peculiaire officium medicum ejusmodi ausus plebeji requirerent, quo inquirerentur & in salutem hominum abrogarentur: Quamvis etiam cura tentativa Hippocratis, Galeni, Celsi & aliorumque autoritate firmetur, vid. BOHNIUS *de Off. Med. dupl. Part. I. cap. 6. pag. 136. 137.* eoque etiam varia alia ambigua referri possent, nobis tamen videtur ita andabatarum more pugnare, &

rectius sentimus cum apostolo i Cor. IX. 26. equidem sic curro, ut non incerto, sic ludor, ut qui non aërem verberem. Ejusmodi fallacibus experimentis, annumeramus vulgarem fugitivum usum indeque provenientem abusum PLEBEJÆ CURATIONIS, qua per modum TORTURÆ SUBLUXATIONES VERTEBRARUM tractari solent, quem hoc Inaugurali specimine indicare & ut imposterum sollicite evitetur, atro carbone notare suscepimus: Annuat nostris ceptis divina Clementia, ut ad vota succedant.

## §. I.

**S**I quæ ambiguitas in titulo præsentis tractationis versari videtur, mox in ingressu illam resolvemus & enodabimus; nominamus primo hunc modum medendi, Torturam, quia totus apparatus & processus Torturæ instar, utut honestæ appareat, dum plus minus violentia tractione homines afficiuntur, ut interdum ita torti exclament & conquerantur, du hast mich wie ein Schafrichter gezogen, daß mir das Herz im Leibe geknackt, und ich mich kaum davon erholen oder besinnen kan: & si ceteroquin admodum modeste torqueantur tales homines, ipse actus nec sine omni dolore ac molestia, nec absque violenta tensione procedit, quare utraque modo Torturæ appellationem meretur: tanto magis secundum nostram tractationem & applicationem, qua hujus empiricæ & experimenti plebejum abusum taxare & declinare contendemus. Torturæ notationem hæc cura-

mere-

meretur, siquicem non modo eximia vis subiectis inferatur, sed & talis violentia committitur, ut honesti & periti medici denuo in meliorem statum convertere teneantur, quæ tortor imperitus & crudelis adeo depravavit: nec arduum esset suffragante attenta observatione demonstrare, quod *talem imperitam & temerariam curam sapientiores sequantur effectus, quam vulgo criminalem carnicinam per Torturam excipere solent*: nec quidem propterea absolute hanc curam tali judicio diffamare allobet, siquidem tantum de *abusu*, qui non rarus est, hujus experimenti hoc loco differere constituimus: vocamus autem hanc Torturam *Domesticam*, quoniam raro Medici periti eandem ordinant, sed quia communiter *effeminatis artibus*, quibus in rem medicam temerarie homines se immiscent, annumerari meretur: hinc nominavimus arcum & asylum muliercularum, ad quod innumeris vicibus ipsæ configiunt, suaque persuasione homines inducunt, imo seducunt: proinde domesticum schema auxilii medici gerit, quoniam adeo indiscretim ad multos affectus ordinatur, ut vulgatum *trifolium fraudis*, fallacia & temeritatis ingrediatur, dum haec tristitia corporis, *emplastrum oxytroceum*, *unguentum rubrum potabile*, & ne huic trifolio pistillum deficiat, *pulvis contra casum* accedit, illud constituent: unde vix, ventriculi molestia, flatibus retentis, alvi obstrukione, congestione sanguinis ad ventriculum & hypochondria, nec non connexis *angustiis* &c. tales personæ affligi debent, subito ad hoc experimentum domesticum, velut ad Sacram configiunt anchoram: in quo ausu non raro plus persuasio vulgaris, credulitas & imaginatio, quam ipsum

ipsum hoc refmedium juvat: tandem etiam *domesticum*  
 audit experimentum, quia jam ita in *plebe* innotuit & in-  
 crebuit, ut illud raro in libris & consultationibus perito-  
 rum & probatorum medicorum, quam in cerebro, ore  
 & manu non affabilium, sed fabulantum & audacularum  
 seminarum reperire quotidiana doceat experientia: Sub-  
 inde vero mox in titulo *interpretamur*, ne *aquivocatio*  
 oboriantur, quo maxime hæc tortura domestica referri  
 mereatur, quoniam cum *domesticis* experimentis *varia*  
*tormenta* non raro valetudinariis subiectis provocantur,  
 quæ non tam *naturali* sensu, per modum *externæ torru-*  
*re*, tractionis, tensionis, torsionis, quam excitatione motu-  
 tum *spasticorum* & *convulsorum* in variis casibus & in-  
 ternis visceribus atque partibus & regionibus acquirun-  
 tur & conciliantur, in qua priori circumstantia hæc do-  
 mestica tortura similitudinem habet, cum *artificialibus* il-  
 lis *chirurgicis* repositionibus *luxatarum* partium, quæ ra-  
 rō absque tali *violenta* tractione succedit, quo propterea,  
 varia vincula, habens, fascias, funiculos, &c. tenendo, tra-  
 hendo, extendendo, continendo, constringendo, varias  
 trochleas mechanicas, scalas, sedilia, organa & machinas  
 &c. usurpant; quid quod *analogi* incivilis & crasse *vio-*  
*lenta* maxilla inferioris luxata per *alapam* repositio le-  
 gitur apud MOEBIUM *institut. medic.* p. 242. MUNNICK. de  
*Luxat. in specie c. 3.* MANGETTI *Biblioth. chirurg. Lib. X.*  
*tit. Luxatio. pag. 127. col. a.* Erasm. FRANCISCI in *Sitten-*  
*Spiegel Lib. IV. p. 1223.* Christian. Franc. PAULLINI *Fla-*  
*gello Salutis Sect. II. cap. 9. p. 49.* de *odontalgia cura sola a-*  
*lapa.* vid. A.N.C. Dec. 2. An. 9. observ. 192. FRANCKENAU  
*diss. de Alapa* §. 5.

91011

B

§. II.

Hæc Tortura autem, de qua nobis præsenti tractatione sermo est, concernit repositionem vertebrarum impr. ultimarum dorsi & primarum *lumbarium quadantenus luctatarum*, quæ symphysi sua immediata & synchondrosi in transversalibus suis superioribus & inferioribus apophysibus aliquatenus distortæ, imo in *laxiori sua per cartilaginem articulatione*, vel arthrodia, ut & in ginglymo five mutua processuum complicatione, extra situm suum ordinarium leviter distractæ, tensæ & positæ, indeque muscularum quadrati, longissimi dorsi, sacri, semispinatis & si adest psoas parvi insertiones & connexiones tendinosæ male affectæ, ut & primum, præc. nervorum spinalis medullæ lumbarium, quod diaphragmatis & respiratio- nis offensionem & alterationem causatur, (qui nervi dum surculos suos in peritoneum, & musculos abdominis spargunt & distribuunt, harum etiam partium functio- nes læsas sub eodem affectu inferunt) una simili molestia afflitum, deprehenduntur: quo variorum ligamentorum alteraciones pertinent: siquidem vertebræ cum iisdem cohærent & consentiunt: hinc MUNNICK. L. c. ait: ne se- dibus suis in motu excidant vertebræ, multis variisque li- gamentis insuper firmantur: Hæc junctura vertebrarum *lumbarium & præc. primorum*, non exclusis *ultimis dorsis spondylis*, dum cartilagini- es earum molles & flexiles sunt, subinde ferme in medietate systematis corporis posita, quæ *superiorem corporis regionem onore & mole sua gestare* debet, aliquando flexioni obnoxia exigit: hanc levem, superficiariam ac modicam dislocationem *Subluxationem* cum medicis vocamus: non quidem de Luxa- tione

tione ossium, discreta articulatione præditorum, sermo  
nobis est; interim hujus genericæ cognitio, ulterius sub-  
luxationis faciliorem cognitionem nobis suppeditabit:  
Luxatio itaque SCHENCKIO diff. de Luxatione ossium in ge-  
nere cap. 1. dicitur *ossium flexilium e loco suo mutatio*: sive  
juxta CELSUM motio ossium e sua sede, aut sec. HIPPOCR.  
Lib. de nat. hum. ARISTOTET. de partib. animali. GALE-  
NUM meth. med. Lib. 2. & Lib. de artic. *ossium ex propria*  
*regione transmutatio absque fractura eveniens*: *Valescus*  
de TARANDA de effectuum extern. curatione cap. 17. Lu-  
xationem vocat morbum non soluta unitatis, neque intem-  
periei, sed malæ compositionis & in specie ossis, quoad situm  
atque motum. Proinde vero Subluxatio, aut pararibrema  
dicitur *parva luxatio*, per quam articulus leviter suo loco  
naturali recessit: hanc GORRÆUS de definitionibus med.  
p. 360. ita definit: *Pararibrema est parva luxatio, per quam*  
*scilicet articulus paululum a suo loco naturali excessit: con-*  
*tingit urpl. vel ex equitatione, vel etiam cinctu, aut calceo-*  
*tu, ex mutuo partium inter se affrictu: quidam inverrigi-*  
*nem latine appellant: Pararthrematis itaque appellatio ge-*  
neratim ad Subluxationis significatum applicatur, hinc  
FALLOPIUS in Expositione de ossibus cap. 12. Opp. p. n. 537.  
lin. 38. sq. dicit: *apud Hipp. quarto de articulis primo, &*  
*Galenum in illam commentatione παρερθρητικη appellatur*  
*luxatio, qua est minima, ita ut os, quod egreditur e cavo*  
*maneat in supercilio: nam os vel penitus egreditur e cavo,*  
*vel ita, ut maneat in supercilio: Si enim leviter est luxatum,*  
*non quidem totum egressum, sed remaneat in supercilio ap-*  
*pellatur παρερθρητικη, quasi levis deductio ex suo loco &c.*  
addimus PARÆI interpretationem Opp. Lib. XV. de Luxa-

tionibus cap. 2. p. n. 425. ita inquietis lit. D. Sunt & luxationum aliae compleæ & perfectæ, cum nempe os sua caritate penitus excidit: aliae imperfectæ, cum leviter tantum emotum est, non autem omnino elapsum, ex quo & Subluxationis nomen is cosus habuit. Merentur adhuc FORESTI verba hoc ordine addi Lib. 9. obs. chir. I. in Scholio: Si e compagibus suis paululum dumtaxat amorus est, aut usque ad sinus, &c. cavitatis supercilium (nonnulli marginem vocant) prolapsus, nobis Subluxatio: Græca vero consuetudine pararthrema nominatur. Sic etiam Fernelius: Luxari os dicimus, quod vel prolabitur, vel quovis modo sede sua movetur. Id si perfecte sit, & articulus prorsus excidit, ossisque caput e sinu suo promoveretur virtum hoc Græci ἐξαρθρία vocont: si vero os ab offe paulum recedit, eaque inter se debiscunt, atque diducuntur παράρθρησις appellant. Ceterum sub Pararthreto & Luxatione, seu ut vulgares chirurgi, Avicennæ interpretem secuti loquuntur, elongationem ligamenti comprehendimus; sicuti & distorsiones ac perversiones cum pluribus ossibus, tum vero maxime spinæ vertebrarum familiares - - quando ossa debiscunt & suis ex toto finibus haud quaquam prolabuntur, pararthrema non immerito appellabatur.

## §. III.

Tradidimus modo formam subluxationis generativis & applicavimus haec considerationem ad præsentem Vertebrarum Subluxationis tractationem: de hoc ETTMÜLLERUS in Collegio Consultorio Cosu 58. titulo, de Subluxatione vertebrarum dorsi in annotatis ita judicat: Affactus est Species Luxationis vertebrarum dorsi - - est ergo in specie subluxatio saltem earum, quæ quandoque utur

in

*in se levis, neglecta intervum maxima & atrocia infert.*  
*Symptomata: Germanis dicitur das Verbrechen, das Ver-*  
*heitun, (addimus nos sich einen Verdrieß, magis eine Ver-*  
*Drehung, als Verdrüß thun) inter quæ tamen non nisi gra-*  
*dualis differentia intercedit: notatu digna sunt proxi-*  
*ma verba, nostro scopo respondentia: Ceterum mini-*  
*ma peccata subinde sunt maximorum morborum authores:*  
*Et similem differentiam Luxationis & Subluxationis hacte-*  
*nus nominatam SENNERTUS in Institut. Med. Lib. 2. Part.*  
*1. cap. 9. agnoscit atque profert: Quoniam itaque perfe-*  
*citæ vertebrarum Luxationes valde periculose sunt, ita ut*  
*aliquas illarum antiquiores & recentiores medici lethales*  
*plane nominent, (hinc MUNNICK l.c. dicit: si plures verte-*  
*bra ordine sequentes simul subluxentur, minus peri-*  
*culosum est, quam si una solum luxetur) hinc plebeja illa mo-*  
*lestia, quæ juxta vulgarem opinionem non modo frequens*  
*esse fertur, sed & ex levi cœla ortum ducere dicitur, non in*  
*tam periculoso gradu consistit, ideo Subluxationis nomine*  
*insignitur: licet etiam hæc offensio aliquando valde gravis*  
*insuperque periculosa esse deprehendatur, juxta testimoniū*  
*ET T. MÜLLERI l.c. inquietis: ter ita ægros afflitos*  
*vidi, ut Sacerdotem advocandum jussérint, metuentes vitæ*  
*pausam: & in Prognosi: propter Lipothymiam repetentem*  
*mors supervenire potest: quemadmodum nonnunquam*  
*eiusmodi Subluxationi, ardui inflammatorii motus, ut &*  
*sonticæ acutæ febres, & ob concurrentes acutos dolores*  
*aut suspecta animi deliquia, aut in alijs partibus ominosæ*  
*spasmi, aut semi paralytici affectus superveniunt, qualis*  
*rerum facies in lethalem quandoque terminatur eventum:*  
*sicut STORCHIUS in observ. Clinicis An. 1721. pag. 174.*

mortem infantis a tali Subluxatione commiemorat; quo loco autem *differentiam* illam merito inculcamus inter *Subluxationem simplicem*, & *violentiam* illam, quæ internis organis una cum Subluxatione infertur, ideoque *complicata* vocari potest: quando disruptio in pulmonibus contingit & *haemoptysis* consequitur, qualem casum commemorat STORCH. l.c. p.5. Anni 1727. aut in abdominalibus partibus *venriculo*, *intestinis*, *vesica urinaria*, ut *vomitus* cruentus, *diarrhoea* cruenta & mixtio sanguinolenta superveniant, tales casus passim etiam recensentur. Præterea hæc simplex Subluxatio non modo aliqualem, gradu tamen discrepantem, modo mitiorem, modo graviorem distorsionem vertebrarum complectitur, sed etiam proximorum nervorum, tendinum, ligamentorum & musculorum, quæ partes hac tractione, tensione, compressione & distensione valde lœdunt, illarum officia atque robur violant & impediunt, ideoque connexas diversas afflitiones morbosas causantur, naturalem statum mutant: quare ex parte apposite FISCHER in *Responsis Practicis & Forensibus Selectis Cap. XII. de dolore pectoris acuto* von so genannten Wehethun p.37. judicat: *equidem ad ejusmodi motus voluntarios impotentia doloris que species luxationi cuidam partium solidarum beneficio articulationis invicem connexarum communiter imputatur: Sed & partium musculosarum & membranacearum diffensio enormis - - paria symptomata producere valet: binc nullum est dubium in viro præsenti musculos intercostales a motu allegato admodum diffentios & membranam succingentem relaxaram - - - dolori ansam præbuisse.* Sed cum præsens nostrum institutum non sit hujus Subluxationis signa, effetus,

Etus, causas, specialissimas sedes, & curationem tradere,  
sed potius *plebejum abusum*, qui cum *vulgaris cura tortu-*  
*rae*, aut *traditionis* hujus committi solet, & de *pernicioſis*  
*effectibus* atque *consecutionibus* hujus curae *plebejae age-*  
*re*, ita sufficerit, haec *generatim præmonuisse*, quæ reli-  
quæ nostræ tractationi præcurrere, aut viam sternere  
possunt.

## §. IV.

Præterea neque haec Subluxatio in aliis regionibus  
ita cognita est, uti in *paucis Germaniae locis*, imprimis in  
Hala nostra, hujusque incolis & accolis; non quidem de  
illa eminentiori hoc loco differimus, quæ valde arduis  
causis & *magnæ violentiæ* suam debet originem, qualis u-  
bivis locorum contingere solet, quæ strenuæ & nimis o-  
perosæ ponderum gestationibus, casibus, contusionibus,  
compressionibus &c. tribuenda, & in omnium ferme chir-  
urgorum scriptis, cognitione & ore est: sed potius de  
hoc *leniori Subluxationis gradu impræsentiarum loqui-*  
mur, qui *noſtris oris atque limitibus familiaris esse*, repu-  
tatur, quando *utrinque sexus, & omnis ferme ætatis ho-*  
*mines, ex levi flexura corporis, modica gestatione, exten-*  
*sione brachiorum, sublatione ponderum & variis corpo-*  
*ris laboribus, hac Subluxatione afflictos se esse conquerun-*  
tur, ideoque torturam illam tractionis auctius & nunquam  
emendatius, cum lectionibus & collectionibus ut & con-  
ſultationibus variarum plus, quam variorum sustinent:  
ubi merito quæſio movetur, cur haec qualitas morboſa,  
quæ nec *hæreditaria*, (quamvis SENNERTUS *Prax. Lib. V.*  
*Part. VI. cap. 5.* dicat: quia vero infantibus sensim ſæpe  
hoc malum subrepit & non raro est hæreditarium, ple-  
rumque

rumque incurabile est: quo loco de alio luxationis gra-  
 du & statu loquitur,) nec epidemia, nec endemias, nec  
 sporadica hactenus observata fuit, tantum nostris limitibus  
 & circulis circumscripta sit, siquidem nulla ratio climati-  
 cis, aëris, loci, aquarum, diætæ & regiminis subest, cui tale  
 accidens cum certitudine adscribi queat; neque etiam ha-  
 ctenus peculiaris structura & dispositio corporis detecta &  
 significata fuit, cui frequentior haec afflictio tribui & im-  
 putari queat; an forte hic loci homines spinam contine-  
 ant laxiorem & processus vertebrarum magis biantes & mi-  
 nus complicatos, ut propterea tam facilem distorsionem  
 patientur: siquidem hic loci plures alii homines constant,  
 qui eodem aëre, loco, victu &c. utuntur, attrahit hoc cre-  
 dulitate subeundæ facilius subluxationis & curationis per  
 torturam non infecti sunt & propterea nunquam talem af-  
 fectum patientur: imo cum alibi locorum & graciliores  
 & obesiores homines corpore suo ad similem subluxationem  
 ita vulgarem suscipiendam aptissimi videantur, & tamen  
 simili aut eodem affectu non comparatè molestentur, hinc  
 nobis in hoc affectu, inter nos crebriori, aliquid opinioris,  
 credulitatis & mali plebeji usus subesse merito videtur:  
 Contigit aliquando mibi Praesidi, ut alicui Patronissa hu-  
 jus torturæ, utilitatem ejusdem valde dubiam, imagina-  
 riā & fallacem declaraverim, quæ cum me illo sensibili  
 phænomeno, strepitus vertebrarum convincere voluisset,  
 quod omnino Subluxatio talis contigerit, wann man sich  
 nicht verbrochen hätte, könnte es nicht krachen und knacken,  
 instantiæ illius atque exceptioni opposui, quod etali tor-  
 tura atque tractione cuilibet sano, firmo & integro ho-  
 mini talis strepitus eveniat, meque ipsum, qui nunquam  
hoc

hoc idolum Subluxatoriæ curæ adoravi, sed semper sub-  
risione dignum æstimavi, extemplo huic experimento  
subjeci & strepitum vertebrarum strenuum cum molestia  
& dolore expertus sum, ita ut per biduum tensorios dolo-  
res in dorso senserim, sed postea nunquam aut hanc tor-  
turam admisi, aut ullam subluxationem passus sum: (ideo  
SENNERTUS l.c. cap. i. de curat. Luxat. in gen. afferit: solet  
etiam plerumque strepitus & sonus quidam audiri, dum os in  
cavitatem reddit: verum signo buic solo non fidendum:) hinc  
firmiter nobis persuademus, quod inconsultus hujus tortu-  
ræ usus ad frequentiorem subluxationem subeundam homi-  
nes disponat, quando toties vertebrarum series & symphy-  
sis tali tractione, compressione & tensione ita relaxatur at-  
que flexilis, instabilis & mutabilis redditur, ut levis labor  
corporis in futurum ejusmodi Subluxationem facile cause-  
tur, daß man hernach des Ziehens kein Ende weiß: ob id etiam  
evenit, ut quando *renelli infantes* aut *subjecta puerilis æta-*  
*gracili, tenero & laxo corpore prædicta, ex ulla rudiori*  
*& immodestiori cultura, aliaque corporis sui flexione &*  
*commotione ejusmodi Subluxationem sibi contrahunt, &*  
*eidem similis *immodesta & iterata tortura & tractio cor-**  
**poris adhibetur, eadem mature ad crebriorem & facilio-**  
**rem Subluxationem sustinendam disponantur, & tandem**  
**misera valetudinaria mancipia hujus torturæ reddantur,**  
*ita ut ex hac pyxide lerna multorum aliorum malorum*  
*emergat: quod & sibi dictum amplectantur sollicitæ, cre-*  
*dulæ, superstitiones, sciolæ, officiose & multi loquaces mu-*  
*llierculæ; illæ inquam quæ huic arduæ, ambiguæ, violen-*  
*tæ & fallaci utplurimum curæ æstimatione, declamatione,*  
*commendatione & applicatione nimium, quam par est, tri-*  
*buunt.*

Hujus Suluxatoriae Curæ, imo torturæ usus est magis vulgaris ac plebeius, quam artificiosus, licet in illa etiam encibresis requiratur, quemadmodum interdum eadem rudi, violento & crasso modo perficitur, ut alii doleant: er hat mich Henckermäfig getrefft und gezogen traxit, tortit & tendit; de modo hujus curæ ita ETTMÜLLERUS l.c. profitetur: præter hanc operosam satis SENNERTUS (locum ipsum in eodem in transitu, & quidem tr. de Luxatione invenire non licuit) commodiorem viam eligit, nostro ægro admodum convenientem: nempe ipse brachia de cussatim pectori injicior, manibus in tergum reflexis, quas chirurgus, vel alius quicunque adstans, a tergo sedens, genuaque sua dorso patientis applicans, apprehendat, ægrum hoc modo concutiat, donec strepitus audietur: vel jaceat æger pronus exponit corpore humi, binc aliis pede dorsum illius calcitrando transiliat (auf den Rücken mit Beinen zu treten) hoc enim ratione repositionem futuram alii sibi promittunt: interim hic modus procedendi ruditis (imo rusticus, brutinus & barbarus) nimis videtur, nec nisi rusticæ plebi applicabilis (imo nec huic quidem) infelicem hujus cure successum testatur HILDANUS Cent. IV. obs. 68. pergit Ettmüllerus: unde alii pedibus ad unum reflexis hos manibus ita coniungit, utque humili sedentes genui dextro admovent oculum sinistrum & sinistro dextrum: quod ubi facili negotio fiat repositos vertebras esse indicium est: alii manibus se suspendunt, & binc inde commovent usque dum strepitus aliquis audiatur: cuiusmodi meminit Tagliacotius Chirurg. curv. Lib. 2. rursus alii manus spine fortiter applicant & petitus ad anteriora reflectendo, spiritumque paulisper

*per retinendo pristinæ sanitati restituuntur: alii decussatim artus contrahunt velut dextram manum cum sinistro pede, & sinistram cum dextro: nec quidem necesse est quoslibet tales modos recensere, qui non modo crasse plebeji, sed ita comparati sunt, ut quilibet horum seorsim sat magnam torturam infligere & varia damna culari queat soleatque: Plebejam hanc esse curam e vulgatissimo usu, jam recepto, constat, quæ nunc in omnium, vilioris, sortis hominum ore & consilio circumfertur: quid quod adeo vili illa jam est, ut e fæce vulgi fæminis & vetulis præc. cognita & æstimabilis sit, quarum garrulitati non-nunquam medicina aut indulgent annuantque, aut connivere debent, ni alliarum muliercularum odia & persecutions acquirere consentiant; nec tamen desunt honestioris qualitatibus & prosopiae fæminæ, quæ spiritu credulitatis afflata, hisce experimentis plebejis, sub persuasione, quod vulgaria media reliquis palmam præferant, die gemeinen Mittel hessen am besten, fidem tribuunt, sequi huic torturæ subjiciunt, ut nunc talis cura commendationem eines gemeinen Hauf-Mittels teneat, quæ partim in communi usu existit, satis sœpe in perniciosum abusum trahitur: Nec quidem hoc themate omnem illius curæ usum promiscue improbamus, sed id asseveramus, quod plurimi hac cura minime indigeant, quibus secundum plebejam theoriam & praxim utilis esse putatur: unde communis ingenua regula fluit, quod facili commendationi illius difficulter annuentes præbeantur aures, ni ex præsumta, fucata, fallaci & palliatio cura in deteriores consuetudines & consecutio-nes conjiciantur: unde in classem illorum ambiguorum, dubiorum, incertorum, yix diu durantium remediorum*

en illi

C 2

(uti

(uti satis s<sup>e</sup>pe, si non plurimum, de quo attenta observatio certissimum exhibebit testimonium, *acidularum & thermarum usus comparatus esse solet*) referri meretur, quæ vix longius aliquam opem promittunt, quam quidem usurpantur, imo hominem in illum statum conjiciunt, ut s<sup>e</sup>pius anceps tale remedium usurpare teneatur: sed cum de usu hujus curæ nobis hoc thermate non sermo sit, ita *abusum & noxios* tantum illius effectus indicare placuit: ille abusus, ut superius indicatum fuit, in eo consistit, ut non modo homines, huic curæ servientes, quot annis aliquoties, sed & si non singulis hebdomadibus, tamen vicies, tricies per annum huic torturæ se submittant, indeque in credulam illam persuasionem devolvantur, ut quicquid molesti & morboſi patiuntur, huic *Subluxationi fugitive & ferme irrevocabili ac incorrigibili judicio imputent*. Hic abusus adeo increbuit, ut s<sup>e</sup>pe prudens & peritus medicus vix eidem resistere, & afflitos dehortari queat, ne ejusmodi torturæ alii se mancipent, & si coram hoc s<sup>e</sup>pe perniciosum, ut plurimum anceps & infructuosum, raro utile experimentum improbant, nihilo secius creditas adeo multorum oculos occæcavit, ut *clanculum* illud subeant, nec *pravas* consecutiones & operationes aut agnoscant, aut medico ingenuo confiteantur, eo ipso autem morbum adeo corrumpunt & exacerbant, ut medicus valde hæsit cui causæ tale perversum morbi schema adscribere debeat.

## §. VI.

Ast proprius ad rem accidentes *scorfi* nunc hōcse abusus indicabimus: *noxa* itaque hujus curæ *Subluxatoria* nititur *incongrua*, *perversa*, *imperita*, *temeraria* & *iniqua* illius.

illius ordinatione & applicatione, quod contingit, si homines audaces consultationibus medicis, sub larva *opitulatio-*  
*nis ferendæ & misericordiæ* exercendæ frivole se immi-  
*scunt, & partim cognitionem nocentium & juvantium, par-*  
*tim notitiam morborum affectant, in eo vero & remerita-*  
*tem & insciriā, & imprudentiam & imperitiam & crudelita-*  
*tem suam satis superque comprobant: nullius itaque æta-*  
*tis parcentes, mox pūsiones & neo natos huic torturæ sub-*  
*jiciunt, licet alias hujus ætatis homines a tortura *criminali*  
*juxta Leges civiles immunes sint; unde quoad immuni-*  
*tates naturales immanes homines magis peccant: quodsi*  
*itaque ejusmodi infans paulo celerius, difficilius, opero-*  
*sius, cum aliqua anxietate respiraverit, insuper aliquam in-*  
*quietudinem lugendo & dormiendo obtulerit, si vires*  
*prostratae apparuerint, si pulsus celerior fuerit, si inten-*  
*sius æstuaverit, si abdomen durius & tensius extiterit, si al-*  
*vus obstructa comparuerit, si jectigabundus conspiatatur,*  
*si torminibus ventris afflictus teneatur, si extraordinarie*  
*vomuerit, si hypochondria tumidiora obseruentur, si an-*  
*xia tussicula laboraverit &c. confestim, quasi harum mor-  
bosarum afflictionum non plures aliæ dentur causæ, ad*  
*hanc subluxationem provocant, das arme Würingen, das*  
*liebe Kind habe sich sehr verbrochen, es seye hohe Zeit ihm zu*  
*helfen, man müsse es streichen und ziehen, & non raro ejus-  
modi infantes in æternitatem trahunt: quodsi itaque ad-*  
*eo inadīcere tenellulis talibus hæc cura adhibeat, tunc*  
*sæpe observatur, quod prædicta pathemata non minuan-*  
*tur, sed augeantur, hinc respiratio magis angit, inqui-*  
*tudo exacerbatur, oppressio pectoris increbescit, infirmi-*  
*tas per momenta augescit, cardialgia, cardiogmus, vomi-**

tus, angor, tormina, murmura ventris, motus febriles &c; exacerbantur, convulsiones convocantur, & tota tragædia in deteriorem statum conjicitur, inde consilia colliguntur man müsse wohl das herzliebe Kind noch einmahl ziehen, damit ja nichts verabsäumet werde, & ita denuo commiseratione dignus insans ab ejusmodi consultatricibus si ne misericordia, velut Molocho sacrificatus, torquetur, donec eo usque res afflictæ devenerint, ut ipsæmet torquentes personæ ambigant, an iterato extreme enervati tales infantes ejusmodi crudelem & audacem curam sustinere queant: Das liebens- und beßlagenswürdige Kind seye gar zu schwach und stünde es wohl nicht noch einmahl aus, daß man es ziehe, jedoch wann es nicht helfe, so könne es doch nicht schaden: & ita satis sæpe tales tenelluli torquendo cruciantur, aut hac cura Subluxatoria torquentur: qui clandestini infanticidii modus ex imperitia & temeritate ortus, est, qui sub spe auxilii, ast sub larva lucri capiendi committitur: de quibus tragicis casibus medici cognoscere & judicare, ac cognita causa, ejusmodi malefidi experimentatores extraordinaria poena advertijure meritoque deberent, ne multos afflictos parentes liberis spoliant, rempublicam numero prosapiaæ defraudentur & destituant, idque sua parte efficiant, atque cooperentur, cur plures quotannis infantes moriantur, quam alterius ætatis homines, imo cur in tali loco singulis annis plures infantes vita preventur, quam in alio loco: quamvis vero a veritate alienum haud sit, quod systema ossium, horumque diversæ juncturæ generatim in omnibus infantibus laxius, infirmius, & mollius sit, aliquando etiam ex hæreditaria dispositione, ut supra ex SENNERTO allegavimus, talis individu-

*individualis constitutio laxior & mollior existat, inde tam non sequitur, quod ex infallibili necessitate aut omnes, aut tales infantes Subluxationem pati tenerentur, ne dum illa necessitas urget, quod, si haec in illis contigerit, haec crudelis, barbara & inimica cura in usum trahi debeat, si quidem in tenellulo tali corpore & etate illa *nunquam opus sit*: eapropter etiam a peritis & circumspectis medicis cognitio & dijudicatio merito desideranda & imploranda erit, an etiam reliquus, ceteroquin moderatus usus hujus curae, aliquando necessarius & *utilis esse possit*, & an non alia *leniora* & huic etati *convenientiora* supersint auxilia.*

## §. VII.

Non raro contingit, ut infantes a *ventriculi* nimis oppletione, a *nimia lactis* ingestione, a *prava lactis* digestione, a *bilis* pernicioſa fermentatione, cum lacte, a *flatulenta*, ab ingestis frigidis, a *lactis* intemperie, ab alvi *adstrictione* *cardialgias*, inflationes *hypochondriorum*, difficultem, operosam & acceleratam respirationem, virium prostrationem, angorem, conatum *vomendi*, calorem præternaturalem &c. experiantur, quod schema morbosum imperita feminæ confessim huic *Subluxationi* tribuunt, insuperque *celeri* ausu ad hanc *torquentem* curam confugunt; qua, quia cause non respondet, multa sonrica *damna* excitant, quæ non raro ad *tragicum* eventum perveniunt: unde quidam medici cum tredio admirantur, cur nulla remedia, quæ ipsi ordinaverant, ullam desideratam *opem* præsent, es wolle gar nichts anschlagen: in quo casu urpl. maxima contumacia *præmissa* haec iniqua & inconveniens cura *occultatur*, quæ tamen mox in initio graves intulit

turbae

*turbas & ad perversas commotiones spasticas, congestorias & febriles, nec non præjudicioras valde humorum stagnationes, strafas, in alieno loca restagnations, insuper ad motus inflammatorios, ad adfrictiones, aut tumultuarias & a-nomalias evacuationes &c. &c. viam præparavit: In aliis infantibus, præparaciones ad variolas & morbillos partim consuetis & communibus, partim personalibus pathematis imperitas & audaculas fæminas ad torturam suam em-pivitam commendandam & applicandam allicitunt, ut sunt tensiones molestæ in dorso, tormentosa tractiones in ab-domine, vomitus & conatus vomendi, adstrictio alvi, op-pressio pectoris, hypochondriorum intumescens, tullis &c. quæ pathemata frivole huic subluxationi adscribuntur, & quando alii homines mox de exanthematum præ-dictorum invasione suspicantur, subito priores exclamant, das Kind habe sich wehe gethan, davon künien die Pocken und Masern her, inde colligunt, hanc subluxationem prius removendam esse, antequam illorum cura suscipiatur, imo hanc curam minus prosperum consecuturam succes-sum sibi aliisve persuadent, ni prius hac torturæ subluxatio-ni illa emendata & reparata fuerit, qua subinde præstata communiter omnia symptomata confestim & numero & gradu augescunt, adfrictiones alvi pertinaciores evadunt, æstus acceditur, anxietas præcordialis increbet, vires magis prosternuntur, cardialgico-emeticæ molestiæ in-crebescunt, exanthemata difficultius & inordinatius erum-punt, quid quod totum affectus præsentis schema confun-ditur: non raro teneris infantibus a lacte aquosiori & im-puriori, aut refrigerato, ab ex- & interno frigore perpresso, a variis aliis ingestis &c. valde angentem & afflagentem flatu-*

flatulentiam incident, unde cardialgiae, inquietudines, adstrictiones alvi, tortina, jeccitationes, virum imbecillitates, Hinsfälligkeit, conatus vomendi &c. oriuntur, quas afflictiones ob aliquam analogiam denuo præcoci judicandi ardore & ausu & celeri juvandi conatu, huic Subluxationi imputant, ideoque absque omni alio respectu, ad hanc torturam præcipites ruunt, qua administrata sub hisce circumstantiis, tota facies illius morbi subito in *deteriorum* delabitur statum, ut iterum tragicus eventus *iniquum* illius experimenti ordinationem & applicationem comprobet: & quid facilius, quidve frequentius evenit, quam ut teneri infantes ventriculi virium alterationem & evaporationem variis ex causis experiantur, unde *similia* patiemata anxietatis, præcipitis & anhelosæ respirationis, das Stöhnen und Krechzen, inflationis ventriculi &c. patiuntur, quæ inepte tales vetulæ garrula lingua Subluxationi annumerant, quo curam suam torquentem applicare queant: unde vero *præsens* status non melioratur, sed ut plurimum novo molestiarum cumulo augetur & deterioratur: ut ita quotidiana observatio abunde comprobet, quam male in infantibus communis & plebejus abusus domesticæ hujus torturæ cedat: ut omnino ingenui & periti medici illum indicare, & ab eodem sollicite dehortari debeant, ne ulterius talia pericula & experimenta per mortes, aut empirica & crasse artificiosa infanticidia & carnificinae domesticæ committantur.

## §. VIII.

Præcipui autem, nec non *sontici* pravi effectus & affectus, qui ab ejusmodi abusu hujus Curæ Subluxatoriae proveniunt in *infantibus* aliisque teneris ætatis sunt, ut

D perti.

pertinax adstringio alvi, frequentius recurrentia termina  
 intestinorum, vitia excretionis urinæ, dysuria, stillicidio  
 um urinæ, fæculenta urina, involuntaria mictio, Leien-  
 teria, prolapsio ani, hernia scrotalis, inguinalis & umbili-  
 calis, tumor suspectus genitalium, inflatio abdominis chro-  
 nica, vagi æstus, febris lenta, atrophia, tabes, Scirrhī hepa-  
 tis, rhachitici affectus, dyspnæa, tensio continua hypo-  
 chondriorum, præmatura hypochondriaca pathemata,  
 tussis chronica siccæ, ventriculi inflatio, difficilis concoctio,  
 gravativa angustia post comedionem, premens molestia in  
 confiniis diaphragmatis, renitens sensus sub inspiratione,  
 animi deliquia, palpitatio cordis, virium continua imbe-  
 cillitas, daß solche Kinder weder gedeyhen, noch stark werden:  
 costarum spuriarum protuberantia acuminata, concretio  
 pulmonum cum pleura, phthisis, præmatura hæmopty-  
 sis, interdum cruenta dejectio, miseri & mihi affectus in  
 & externi spastici, chronicæ catarrhosæ opulationes pe-  
 storis, ronchissans atque stertens, ut & anxia respiratio, suf-  
 focativus catarrhus, epilepsiae, variae in & externæ stagna-  
 tiones & stases humorum in singulares tumores transeun-  
 tes, morbi complicati, corrupti, confusi, qui ob perver-  
 sum suum statum *incantamentis* adscribuntur, deformis,  
 distorta & curva statua corporis, irregularis nutritio &  
 inæqualis augmentatio partium, contabescientia superioris  
 corporis regionis, aliquando intumescentia abdominis &  
 pedum, affectus paretici & paralyticæ, absconditæ concre-  
 tiones partium internarum, quæ tandem sub inspectione  
 defunctorum talium subjectorum reperiuntur, nec non  
 varii occulti interni abscessus, aliisque plures mirabi-  
 les affectus; Et quis cumulum atque catervam illo-  
 rum

rum morborum enunciet, qui abusum hujus curæ sub-  
 luxatoriæ excipere, qui etiam in interna & externa cor-  
 poris regione tragediam suam agere solent; ejusmo-  
 di morbosarum afflictionum seriei annumerari merentur  
 certi dolores, qui abscondita aliqua causa nituntur, & per  
 intervalla recidivas, aut paroxysmos suos servant, impri-  
 mis ingruentibus tempestatibus, aut mutationibus atmos-  
 phærietis, wann sich das Wetter ändert: exinde inclare-  
 scit, quod temeraria & imperita hæc cura in infantibus  
 non modo extemporaneam perniciem acceleret, & affe-  
 ctus aut perfecte acutus, aut quasi acutus provocet, sed  
 & morbos chronicos causetur, atque infantes tales perpe-  
 ruo valetudinarios reddat, inde dicunt es wären schwache  
 ungesunde Kinder, die sich oft und leicht verbrechen, dahero  
 nicht zu Kräften kommen könnten: non desunt exempla, u-  
 bi infantes, unius prolapiae, a sanis parentibus geniti, ex  
 usu frequentioris hujus curæ, præmatura morte sub he-  
 licco morbo occubuerunt, sind alle zu tod gezogen worden:  
 Attenta itaque observatio docet & confirmat, quod impe-  
 rita & abusiva hæc cura teneræ ætatis subjecta plurimum  
 in hellicom conjiciat, antea vero aut in pulmonibus, aut in  
 præcipuis abdominis calororiis, infarctus plurimum letba-  
 les causetur, ut vel citius, vel successiva tæbe consumantur  
 & tandem misere expirent: quod itaque Gallis olim cum  
 pulvere successionis arbitrarie usu receptum fuerat, id  
 nostris locis & in aliquibus Germaniaæ tractibus hac cura  
 perficitur, Sie bringen die Menschen in guter Meinung,  
 Hoffnung und Liebe, ob wohl nicht vorsehlich ums Leben:  
 an vero ignorantia, imperitia & temeritas tam in foro po-  
 litico, quam divino homicidium excusat, colligere facile  
 licet,

licet, 'quamvis hæc culpa, si defensionibus civilibus traditur, valde extenuari soleat, sub excusatione die einfältiger Frau hat nicht aus Vorſatz gefehlt, hats nicht besser verstanden, hats aus guter Meynung gethan, wer kan ihr was anhaben, das Unglück kan dadurch nicht gebessert werden: ergo Petrus, aut Catharina currit, laſt sie lauffen. Egregia consolatio pro re medica! Non inconsultum esse iudicavimus, quoniam in choro *infantum* maximi & frequentissimi errores cum hac tortura committuntur, etiam tales innocentes ātates contra crudeles hosce Herodianos experimentatores defendere, insuper monere atque optare, quo omnes occasiones clandestinis & larvatis talibus infanticiiis & homicidiis sollicite & serio intercipiantur.

## §. IX.

Quemadmodum etiam hoc experimentum in choro fæminarum præc. usu receptum est, ita præter infantes hac tortura in *semel ipsas fæminæ* sœviunt, seque corrumpt & partim *persuasionibus*, quibus una alteram eo seducit, partim *credulitate*; qua huic ausui facile assentunt & quippe *topicō auxilio*, de quo profitentur, euforische, gemeine Haß-Mittel können nicht schaden, fidem tribuunt, facile & prompte huic torturæ se submittunt, inde autem non raro crebriores noxas, quam expectatas utilitates experiuntur & obtinent. Abutuntur itaque fæminæ hac cura subluxatoria, quando ob *ventriculi molestias*, imbecillitatem, flatulentiam, concurrentes cardialgias, asthmaticum statum, dolorem capitis, connexam hypochondriorum tensionem & angustationem, alvi obstructionem, restrictionem sanguinis ad internas regiones, palpitatio-

nem

nem cordis, intercurrentes phlogoses, inappetentiam, vi-  
rium dejectionem, aut *spontanea* suspicione, aut aliena per-  
suasione hanc *subluxationem* inculpare & hoc auxilium  
adversus illam admittere solent, unde vero, sive bene sive  
male illud exerceatur, quia incongruum est, loco opitu-  
lationis *graviora* damna accersuntur, & *nova* saepè morbi  
scena provocatur; ideo querelæ illæ percipiuntur, man-  
habe sich ziehen lassen: quasi re optime acta, und es habe  
doch nicht besser werden wollen: Et licet quædam fæminæ  
*laxioris* & *flexilioris* corporis sint, in quibus paulo facilius  
*symplyses* & *juncturæ ossium* violari possunt, attamen  
propterea non confestim hoc tormentum necessarium &  
consultnum erit, siquidem coeco quodam ausu homines  
torquentur, nescias ubi & qualis sit illa *subluxatio*, ut pro-  
pterea audaci conatu & violento impetu tractio illa insti-  
tuatur, qua saepè talis *subluxatio*, si ante non præsto fuit,  
nunc excitatur, aut præsens *augetur* & in *deteriorem sta-*  
*tum conjicitur*: Nec desunt casus, ubi *male menstruatis*  
fæminis, ob cardialgiam emato-lipothymicam, tensionem  
in sinistro hypochondrio, inflationem illius regionis, diffi-  
cilem respirationem, ardorem internum, inquietudinem  
in abdomine, obscura tormenta colica, strictruram alvi, or-  
gasmum sanguinis, gravativum dolorem capitis, acutum  
& morsicantem dolorem in confiniis ventriculi &c. mox  
prognosticon formatur, quod *Subluxationem vertebrarum*  
passæ, nec certius, nec citius restitui & convalescere  
queant, nisi hanc torturam patiantur, cui etiam libere &  
prompte interdum annuunt, eamque curam adeo patien-  
tur, daß ihnen die Rippen und der Rücken knackt, inde tor-  
quentes exclamant, das heißt Wehe gethan! cum tamen

D 3

ipse.

ipsæmet illæ carnifinæ sint, quæ sua tortura tales cruciatus causantur: hinc interdum *œctualis vomitus* cruentus, aut spasmi, aut semi convulsivi, aut semi inflammatorii, aut febribes motus, aut valde *angentes vomitus*, aut alii *intricati & periculosi affectus* ex ejusmodi præviis *præparationibus*, *vomitum cruentum* concernentibus, perperam hac *incongrua tortura* tractatis, oriuntur.

## §. X.

Præterea sequiori sexui molestæ *flatulentia* ita familiares sunt, ut diversorum *orduorum* morborum larvam assument, hinc nonnunquam gravissimos spasmos, acutas tensiones, angustationes, cardialgias, tractiones in dorso, difficilem respirationem, dolores pungitivos &c. causantur; quod afflictionum schema confessim hujuscemodi Subluxationi adscribunt, & per hunc paralogismum subito hac *tortura* afficiunt, inde autem totum affectum corrumpt, colicam convulsivam, vomitus atrociissimos, effectus syncopticos, extremas angustias, abdominis dolorificas inflationes, pertinacissimas alyi stricturas, febres confusas quotidianas, intermittentem typum æmulantes, aut lentas, cruciatus nephriticos, mesenterii spasmos, diuturnam anorexiæ, gravissimos angores & pertinaces vomendi conatus &c. provocant: aliquibus fæminis pathemata *hysterica simile* schema morbosæ afflictionis offerunt, quod a minus peritis cum tali *subluxatione* facile confunditur, quando colicae hystericae, colica iliaco-hæmatitica, flatus, spasmi ejusmodi angustias, cardialgias, tensiones, dyspnæam, conatus vomendi, acutas lumborum puncturas &c. inferunt, ut abusui hujus torturæ servientes jovem lapi dem jurarent, hanc certissimam Subluxationem esse, quæ non

non aliam quam hanc requireret curam; non raro contin-  
git, ut fæminæ *Mensium anomaliis* laborantes, acerbos do-  
lores dorsi, lumborum & coxendicum experiantur, es  
siege ihnen sehr im Rücken und Creuz, insuper *congestorii*  
& *spasti* motus *sinistrum* hypochondrium invadunt &  
*ventriculum* versus vergunt, ibique diaphragma, spuriæ  
costas & pectus in consensu trahunt, unde tales mole-  
stia oriuntur, quæ hujus *subluxationis* speciem æmulan-  
tur, ex hac confusione autem evenit, ut in illo *irregulari*  
*Mensium* statu, loco congruæ curationis hoc *tormentum*  
adhibetur, unde illa facies perversi alias *anomalici* status  
cum maximo præjudicio corrumpitur, & longe atrocio-  
res & pertinaciores afflictiones excitantur, ita ut futura  
congrua medicatio difficultime optatos nanciscatur succes-  
sus: In hanc classem *abusivæ* ordinationis torturæ hujus  
domesticae referimus, quod in observatione medica con-  
stant easus, ubi quædam fæminæ brevi post *conceptionem*,  
aut *primis gestationis* mensibus parilibus tensoriis dolori-  
bus, *lumbarem* regionem versus umbilici confinia occu-  
pantibus, afficiuntur, cum quibus interdum *obscuri colici*  
dolores & transitoria respirandi difficultas concurrunt:  
hoc schema molestiæ aliquando hujus subluxatoriæ curæ  
estimatrixes & commendatrixes pro vera subluxatione de-  
clarant, insuperque artificium suum adhibent, usque dum  
tenerum conceptum, aut foetum extorqueant, sive ad ab-  
ortum contribuant. Huc referri etiam meretur, quan-  
do cum eadem cura hic abusus committitur, dum *præter*  
*necessitatem teneræ* fæminæ sub *rheumatismis*, *coxas* & in-  
feriorem dorsi regionem invadentibus strenue torquentur,  
ut brevi post *uteri prolapsus* consequatur, qualis ca-  
sus

sus aliquando in Praxi medica D. Präfidi obtigit: Utut autem hactenus commemoratarum observationum in fæminino sexu annotatarum plures recenseri possunt, quæ pernicioſum abusum torturæ domesticæ testantur, attamen illæ abunde satisfaciunt, quo thema nostrum confirmet & illustrent.

## §. XI.

Non superfluum fuerit adhuc unam & alteram consideratu dignam observationem, ad præsentem deductio nem pertinentem allegare: videlicet contingit interdum, ut homines de dolore *dorsi* & *lumborum* tensivo, de cardialgia & oppressione pectoris, una cum virium prostratione, alternante horripilatione & phlogosi, conatu vomendi, hypochondriorum oppletione, inquietudine in abdomine conquerantur, & sub ejusmodi molestiis & querelis in infelices manus fugitiva officiositate hac cura indiscretum homines de perpeſſa subluxatione seduentium & perſuadentium, dein etiam torquentium medicastrorum incidunt, ita ut confestim precedens hic apparatus molestiarum morbosarum accessum febrium continuorum, aut malignarum, aut benignarum inferat & prodat, quales febres autem hac ipsa inconvenienti tortura, mox in primis suis initii adeo depravatae apparent, ut non modo totus processus & decursus turbulentus sit, sed & varia perversa maximeque ominosa symptomata vehementioris æstuſ ari, pertinacis obstructionis alvi, eximiae angustiæ præcordiorum, acerborum dolorum colicorum, perturbatæ & impeditæ diureſeos, congestionum & spasmorum hypochondriorum, ventriculi & pectoris regionem & vicinitatem affligentium, omnes salutares evacuationes sufflaminan-

minantia, raptus humorum in tra caput & impetuosos fures inferentia, semi inflammatorias commotiones & paraphreniticos concursus excitantia &c. &c. superveniant, quæ huic torturae domesticæ suam debent originem: Porro nobis exempla constant, ubi subjectis, irregulari ac turbulento motu hæmorrhoidali laborantibus, eximio danno hæc tortura ordinata & adhibita fuit: quando illa antea gravi dolore dorſi, lumborum & coxendicu, nec non magna hypochondriorum tensiva & angustante molestia, ut & tenaci suppressione alvi, turbata diuresi, cardialgia, difficulti respiratione, urgente flatulentia, ventriculi torsione, labraverant, unde dorſum præc. flectere sine sensibilibus & acutis doloribus haud potuerant, quod schema molestiæ confessim huic subluxationi imputatum insuperque hac tortura, ast tam infelici effectu, tractatum fuit, ut præsentes anomali motus hæmorrhoidalis in majorem confusionem redacti, atrocissimi spasmi in abdomine excitati, periculosi vomitus cum lipothymia alternantes, catarrhi suffocativi, vertiginosi suspecti affectus, stricturæ spasmodicae convulsivæ hypochondriorum, intercurrentes perverbi motus febriles, ardores ominosi interni, sub metu inflammationis, dolores intensissimi in abdomine, daß sie sich nicht ohne den heftigsten Schmerzen auf den Leib haben können greifen lassen, provocati sunt; de qua periculosa facie & consecutione, priores temerarii experimentatores vana consolatione testantur, essey alles verschwollen (quod etiam ita esse potest, ast cum discrepantia, siquidem hæc interna humorum coacervatio & stagnatio non ab imaginaria & falso accusata Subluxatione, sed ab adhibita illa violenta cura orum traxit) man müßte es mit den Wehthu-Pflaster versuchen

hen & quæ narratiuncula atque gerræ aliae in hoc casu proferuntur: sufficerit ex attenta & ingenua conciliatio- ne omnium circumstantiarum facile inclarescere, quantus abusus in tali casu cum illa crudeli cura commissus fuerit: Eandem censuram meretur ille casus, quando Subjecta, quibus colica hæmorrhoidalis familiaris est, aliquando pro- dromos hujus affectus, cum subluxatione quadantenus con- spirantes, experiuntur, quos imperiti homines mox cum hac frivole confundunt, & subito ad hanc curam audacter configuiunt, illa autem non modo gravissimum ejusdem co- licæ insultum accelerant, sed & eandem in acutum & valde periculose statum conjiciunt, ut aut internæ inflammatio- nes, aut convulsivi, aut atrocissimi hypochondriaci dolo- res, aut concursus multorum cruciatuum, totam internom abdominis regionem affligentium, affectus strangulatoriae suffocationis pertinacissimè constringentes, alvum extre- ma contumacia obstruentes, iliacum morbum accersentes &c. &c. Subito superveniant & consequantur: quippe qui deplorandi fructus hujus abusus cum hac tortura in hoc af- fectu commissi, omni sollicitudine imposterum vitandi, ar- cendi & prohibendi sunt.


## §. XII.

Supersunt adhuc plures casus, in quibus ob malam cognitionem & discretionem speciei affectus incongrue etiam hæc cura adhibetur; ideoque cum eadem abusus committitur: hujus conditionis sunt Affectus nephritici, sive in congestione & inflammatione renum, sive initiantे calculo & conjuncto spasmo in renum substantia & vicini- tate consistant, qui arduos dolores lumbares, tormenta in- testinorum, stricturam alvi, ischuriam, conatus vomendi, cardial-

cardialgiam, febriles commotiones &c. comprehendunt, ita ut dorsum movere & flectere nequeant, unde quidam ludicre judicant, hanc molestiam a *Subluxatione prægressa* provenire, cui audacter hanc curam *torquentem* opponunt, quam adeo malus hujus afflictionis successus excipit, ut periculum mortis, teste experientia, supervenerit, quid quod *D. Praesidi* innotuit in tali casu valde *periculus micus cruentus*, cum atrocissimis *sphæticis doloribus* & valde acuta febre stipatus, quales affectus ab eadem cura provenerant: Huc referimus affectus *ischiadicos*, qui non raro ob *apparentem convenientiam* cum eadem subluxatione confunduntur, & *simili tortura* cum magno ægrorum *præjudicio* tractantur, ut dolores priores gradu & pertinacia augeantur, insuper etiam *alia symptomata* varia ominosa excitentur, quæ ex parte colicos, & nephriticos ex parte valde *alteratam diuresin* concorrentes aliosque affectus complectuntur: In eandem sphæram & seriem referri possunt *rheumatici* aut *arthritico-rheumatici* dolores, quibus idem interdum contingit, ut cum Subluxatione tali perperam commisceantur, & inconvenienti hac cura æquali pravo successu tractentur & torqueantur: Ex singulis hisce observationibus, (quibus adhuc plures associare, omnesque multiplicibus exemplis tragicis confirmare possemus, ni brevitatè impræsentiarum studere, propositum nostrum fuisset) manifestum est, quam saepè cum hac tortura domestica in choro medicastrarum personarum maximo cum damno errores committantur, qui non modo nonnunquam irreparabiles existunt, sed & homines afflictos in miserrimum & chronicum valetudinarium statum conjiciunt, imo quandoque

funestum eventum, causantur; ut non modo ingenii &  
periti medici maxima vigilancia & sollicitudine vulga-  
rem usum & abusum illius intercipere, sed & illi, quibus  
ordinis in re medica conservandi, defendendi, exacte  
disponendi & observandi, imo magis magisque dirigen-  
di & emendandi demandati sunt, quotidianum plebejum  
abusum, qui cum eadem cura committitur, tollere & a-  
vertere debeat, quo Sanitas hominis, quippe pretio-  
fissimum donum naturale, certioribus magisque tutis at-  
que probatis mediis & subsidiis adjuvari & promoveri  
queat: Claudimus nunc rivos nostros, DEO T. O. M.  
pro praestito cœlesti Suo auxilio in indicanda & explican-  
da hac observatione devotissimas persolvimus gratias,  
piis insimul precibus flagitantes, ut conatus nostros tam  
præsentes, quam futuros alma sua benedictione ample-  
ctatur, efficiatque, ut huic etiam labori saluta-  
ris respondeat

F I N I S.



NOBI-

N O B I L I S S I M O  
D O M I N O C A N D I D A T O

S. P. D.

P R A E S E S.

C ommuni fama medici experientissimi salutantur, male experimentissimi; quia experientia dubia communiter, ambigua, fallacia & periculosa existunt, hinc periculum facere, idem est ac experimentum instituere, & coeco ausu in viscera hominum grassari: ob id PLINIUS Lib. 29. cap. 2. contra Medicinam urget, quod in illo nulla lex sit, quæ in eadem inscribam capitaliter puniat: quod nullum adiit vindictæ exemplum: neque quidem raro in medicina pericula & experimenta cum aliorum morte instituuntur; quare CASP. BRAVO de medic. dogmar. præstantia Sect. 3. resolut. 8. §. 3. p. 124. ait: leges puniunt malitiam, non tamen evenitus probabiles, quos nequit prævenire prudensia: inquit enim GALEVVS lib. metb. nunquam aberrare supra hominis captum est: errare quam minime solius optimi artificis: Quantumcunque autem multi famam artis medicæ defendere allabrant; dolendum tamen est, quod iniqua, temeraria & fallacia talia experimenta fese peritiæ optimeque probatæ experientiæ frivole atque temere immiscent; recte itaque LANGIVS Epist. med. i. Lib. 1. p. 12.

E 3 excla-

exclamat: his nugis medicina adeo defoedata est, ut nulla  
sit artium, quæ adeo confertim erroribus & superstitioni-  
bus scateat, ac illa nobis coelitus dara Medicina. Hercules  
certe minore labore Augiæ purgavit stabulum, quam ali-  
quis, quantumvis doctus, medicinam a tot mendis elueret &  
expurgaret: Consultius ea propter fuerit, & gnos non  
attingere, quam male fidis experimentis laceſſere &  
torquere: imo monitum illud HIPPOCRATIS Lib. de  
insomn. obſervare convenit: si juvare non poteris, ca-  
veſis ne noceas: addimus affatum BE ſOLDI in conſide-  
ratione Politica vitæ & mortis Lib. 2. c. 1. ſ. 7. p. 61. Quia  
ſaluberrimam medicam artem, ut alias res, hæc quoque cor-  
ruptela invadit, ut plurimi ejus ſcientiam & exercitium fi-  
bi vindicarent, & periculose in vitam ac fortunos hominum  
grassarentur: ſtudioſe ideo falſi Medici a veris ſunt diſtin-  
guendi: nullius artis tot artifices ſunt, quam illius: etenim  
præter aniculas, cernere licet errones, circumforaneos, a-  
gyrtas, circulatores, impostores, Ecclesiæ miniftriſ, Iudaëos  
& alios, omnes tamen ἀπειδέντες & veræ artis prorūſi i-  
gnaros: ideo evehuntur non περιοδένται, ſed docti &  
periti, quoniam imperitia culpa annumeratur l. 7. ſ. ult.  
ff. de offic. præf. l. 27. ſ. ſ. calicem ff. ad Leg. Aquil. Inter alia  
ſubjecta, quæ artem medicam captiolis experimentis  
contaminant, ſane multæ fæminæ officiōſæ, & auda-  
ces ſunt, ut curationibus illotas ſuas ſæpe immiſce-  
ant manus, quam ob rem prudentes medici omni  
cura proſpicere debent, ne illæ nimium ſibi arrogant,  
ne ve ultra colum & ollam ſapere audacter ſibi persua-  
deant variaque ſuā tentamina rei medicæ obrudant:  
& quamvis HIPPOCRATES Lib. de ſeptim. part. num. 2.  
ſidem mulieribus præbendam eſſe conſuluerit, & illis præſer-  
tim

tim, quæ judicio præditæ sunt, tamen sanitati promiscue  
consilia dare iisdem minime convenit, nec conce-  
dendum est: quamvis enim a Legislatoribus Medi-  
cina fæminis non sit interdicta, siquidem multæ il-  
larum hanc artem, juxta plebejum judicium, haud  
infelicitè exercuerant, ut colligere est ex *Justiniano*  
*lib. ult.* ne autem *verscul.* si autem *notarius* sit, *cap. de com.*  
*serm. man.* ut *expendit Albertus Rosa* in suo *indice foecun-*  
*do in vers.* Medicina potest esse mulier & *text. in l. ult. post.*  
*princip. ibi & Medicis utriusque sexus.* *C. com. de legatis:*  
*nihilominus constat HYGNUM Fabularum cap. 274.* re-  
tulisse Athenienses aliquando suis legibus cavisse, ne fæmi-  
na arrem medicam disceret: interea sat longum catalo-  
gum fæminarum magis medicastricum, quam me-  
dicarum profert *TIRQUELLUS de Nobilitate Tom. I.*  
*cap. 31. n. 321. - 356. conf. Zacut. LUSITANUS Medic. Princ.*  
*histor. Lib. I. histor. 7. ubi latius agitur de fæminis, quæ*  
nunquam medicam artem exercuerunt: Equidem  
hoc loco cum *SYRACIDE eloquor cap. 37. v. 35.* Wo  
kommt doch das böse Ding her, o mala mens unde prorepst?  
ut hodiernis temporibus Sacra Medicina adeo falla-  
cibus & temerariis consiliis & experimentis corrump-  
atur? ex parte ab Evæ filiabus, quæ sua garrulita-  
te, affectata sapientia, animi levitate, credulitate, su-  
perstitione & temeritate satis sæpe & ab hoc & ab  
hac & ab illa inventione & experimento mira pro-  
ferunt atque promittunt. E numerotarium inven-  
torum plebeja illa cura subluxationis vertebrarum  
est, qua cum juxta communem effoeminatum abu-  
sum sæpiissime gravissima damna excitantur: Et hanc  
infelicem plebejam curam, quæ vulgo in magnum  
trahi-

trahitur abusum, Tu NOBILISSIME DN. CANDI-  
DATE præsenti Inaugurali dissertatione indicare, e-  
jusque communem abusum improbare justo susce-  
pisti zelo. Laudabile enim Tibi hucusque studium  
curæ fuit, ut Praxi Medicæ strenuam operam dares:  
nec fugitivo animo arduam hanc rem tractasti, quin  
potius aliquot annis non modo Scientiæ, sed & majori  
applicatione institutioni Practicæ, & tentaminibus  
practicis sub congruo moderamine laude digna so-  
lertia incubuisti, indeque haud poenitendos fructus  
atque profectus nactus es; quo itaque capacitatem  
Tuam in publicum usum atque proximi commodum  
vertere possis, immunitatibus doctoribus jure frui  
cum DEO proposuisti, posteaquam sub fideli manu-  
datione, doctrina & peritia clarissimorum Virorum  
multa in re medica utilia, necessaria, fundata & pro-  
bata attento animo percepisti & collegisti: ideo di-  
gnum Te Facultas Medica æstimavit, quo Privilegia  
doctoralia, post examina consueta, quæ subiisti, inque  
illis bonos in Scientia & peritia medica profectus  
probasti, legitimo modo Tibi conferantur: de quo  
nunc Tibi ingenuo gratulor affectu, insuperque in  
votis habeo, ut coelestis benedictio scientiam & pe-  
ritiam Tuam ulterioribus accrementis & prosperri-  
mis usibus atque effectibus beet, quo futuro Tuо  
studio Praxi medicæ, afflictis ægrotis, commodo pu-  
blico, Parenti fidelissimo, Tibique ipsi desideratissi-  
mi fructus affluant. Vale dab. Halæ VII. Calend.

Novembr. A. R. S. clo 10cc xxxv.

VIRO

VIRO IVVENI CLARISSIMO  
**DOCTORI LENTZIO**

S. D. P.

**IO. IVNCKER.**

*Optime, CLARISSIME DOCTOR, votorum meorum procrastinationem interpretaberis: quid enim caussæ subsit, quo minus illo die, qui lauro Te coronauit, sed nunc demum ad gratulandum me expediam, satis Tibi perspectum est. Odo nunc annielapsi sunt, quibus domesticum Te habui, & talem quidem, quem, si saltus quosdam iuueniles exceperim, quavis occasione exoptatum ac fidelem agnoui. Palmaria autem virtus, qua Te ornatum expertus sum, illa est, quod, licet pro animi Tui teneritudine nonnulla aduertere grauiter potuisses, quaslibet ramen admonitiones, ad salutem Tuam spectantes, grata mente ubique suscepseris. Qua roriore virtute & sinceritate effectum est, ut multum in Te fiducia ponendo, partem laboris mei Tibi concedere nullus dubitauerim. Cui officio cum laudabili industria aliquam diu praefueris, ralem in morborum curatione habitum acquisuisti, ut Tuo nunc Marte rem peragere & ad propriam praxin, sine formidine Te accingere possis. Qua de caussa Tibi gratulor ac vere gratulor, atque ex fonte diuinæ benignitatis uberrimam felicitatem in Te deriuandam omisce cupio, exopto. Vale! d. in museo d. 2.  
Nouembris. 1735.*

F

Est

**E**st medicus Bip̄es canescens denique Ri-  
dens.

Sic Logicus proprium continet omne  
suum.

Officium Medici breuibus, mi Frater Amice,  
Hunc iuxta versum tangere, mitte mihi.  
Esto Bip̄es Medicus, praeſertim nocte vo-  
catus,

Mox ægrotanti quo Medicina detur.  
Sit quoque canescens potius, quam corpo-  
re, mente,

Hoc est, vt prudens pharmaca ferre  
sciat.

Denique sit ridens, seu fortis, scommata  
mittat.

Pectore magnanimo, si qua sibi veniant.  
Haec dotes in Te, mi LENTZI, conspicuntur  
Disquisita Thesis ceu mihi missa refert.  
O! hos felices, o terque quaterque beatos,  
Quos sic alma Trias muneribus de-  
corat.

Hinc Tibi, mi LENTZI, quoniam virtuti-  
bus istis

Fgregiis clares, gratulor ex animo  
Haec Doctoralis Medicorum Laurea san-  
ctum

Glori-

Glorificet Numen, Te faciat celebrem,  
In Te sit semper, voueo, releuetur ut æger,  
Et sic prosper eris, crede mihi Medicus.

Paucula hæc Nobiliss. Dn. Doctorando  
Fratri suo singulariter colendo in me-  
moriā sempiternæ amicitiae depro-  
perare voluit

*Friedericus Conradus Ebbardi,*  
M. P. & S. S. Th. C.

**I**Ndefessam operam, multosdurosque la-  
bores  
Insequitur tandem gloria honosque  
comes;  
Condecorare Virum doctrina ac arte clu-  
entem  
Hæc vota acclamans nostra Thalia  
iubet:  
Integrum & saluum Te seruent Fata be-  
nigna,  
Aegros quo paſſis arte iuuare Tua.  
Partus honos, nomenque Tuum laudes-  
que manebunt,  
Dum cœlo cæca fidera nocte micant.

Approporabat hoc Fratri ac amico iucundissi-  
mo nouos honores ex animo gratulaturus  
*Rosenberg, J. U. C.*

Es

**G**esage ein Sonderling die Titul viel betriegen,  
Uns ist ihr Nutzen doch schon mehr als wohl  
bekannt,  
Wo keine Ordnung blüht, muß alles unten liegen,  
Und wenig Seegen frönt ein solch barbarisch  
Land  
Den soll man ehren, dem der Ehren-Glanz gebühret,  
Die Tugend soll mit Recht im ersten Gliede  
gehn.  
Weil Dich nun Tugend hat vorlängsten ausgezieret,  
Kanßt Du nunmehr gekrönt auf den Catheder  
stehn.


**GOTT** segne Dich hinsort bey den erlangten Ehren,  
Und lege selbst sein Ja stets Deinen Willen bey,  
So müsse sich Dein Glück auch alle Tage mehren,  
So sieht man, daß um Dich nichts als Vergnün-  
gen sey.

Hiemit wolte seinen vielgeliebtesten Bru-  
der aufrichtig gratuliren

C. A. Lentz, J. U. C.







**ULB Halle**

3

002 186 950



sb

V018



DISSER  
T O  
D C

ABUSU C  
VERT  
Vom Missbrau

*Et Consensu*  
IN

DN. D. M.  
SACR. MAJ. REC  
CONSILIARIO

DEO  
*Domino Patrono, Prae*  
PRO  
SUMMISQUE IN  
GIIS DOC

A  
PUBLICÆ AC

JOHANN

H  
TYPIS JOH.



MEDICA, 36.

R A

CA 1735,36

KATIONIS  
BEJÆ,  
durchs Ziehn;

*tis Medicæ,*  
NA,

ELBERTI,  
NSIST. MAGDEB.  
PROFESSORE

MO,  
*oris cultu prosequendo,*  
RIS  
US ET PRIVILE.  
STRANDIS,

R.  
NI SUBJICET

LENTZ,

E,  
AD. TYPOGR.